AUGUSTINUS

12. Jh. Seite 91r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26074

Copyright: Admont, Benediktinerstift

91

illius precedentem auribus amittere desiderauimus. Nullum in
illo temporalem odorem quesiuimus; perfudit eum quedam mulier
preciosissimo ungento. domus illa odore completa est. sed nos ibi
non fuimus. Ecce non olfecimus, et credimus. Cenam manibus suis con
secratam discipulis dedit. sed nos in illo conuiuio non discubuimus.
et tamen ipsam cenam fide cottidie manducamus. nec magnum
putetis in illa cena quam suis manibus dedit. sine fide inter fu
isse. Melior extitit fides postea. quam tunc perfidia. Non ibi fuit
paulus qui credidit. ibi fuit iudas qui tradidit. Quam mul
ti et modo in ipsa cena quamuis illam tunc mensam non uiderint
nec panem quem dominus gestauit in manibus oculis suis aspexer[int]
uel faucibus suis gustauerunt. tamen [quia] ipsa est que nunc paratur.
quam multi et iam nunc in ipsa cena iudicium sibi manducant et
tāq̄ bibunt. Unde autem occasio nata est domino. ut de ista cena loqueretur.
dixerat unus de discumbentibus in conuiuio [cui] erat [quo fuerat] inui
tatus. Beati qui manducant panem in regno dei; quasi in
longinqua iste suspirabat. et ipse panis ante illum discum
bebat. Quis est panis de regno dei. nisi qui dicit. Ego sum panis
uiuus qui de celo descendi. noli parare fauces. sed cor. Inde com
mendata est ista cena. Ecce credi[di]mus in christum. cum fide accipi
mus. in accipiendo nouimus. quid cogitemus. Modicum acci[pi]
mus. et in corde saginamur. Non ergo quod uidetur. sed quod creditur
pascit. Non ergo et iam sensum illum extremum quesiuimus. nec dixi
mus crediderunt. qui dominum ipsum resurgentem. si uerum est quod di
uiderunt oculis. manibus palpauerunt. Nos non tangimus qua[re]
credimus. Si talia cogitaremus. quinque illis iugis boum ad ce
nam impediremur. Ut noueritis fratres istorum quinque sensuum non de
lectationem que mulcet et ingerit uoluptatem. sed curiositatem
quandam notatam fuisse. Non ait quinque iuga boum emi co